

Johann David Wolf


**Epistolica Dissertatio Ad Rem Nvmismaticam In Primis Ad Nvper Reperta  
Nvmismata Imperat. Heraclii Pertinentia Qvaedam Exhibens : Qva Viris ... M.  
Carolo Lvdovico Bavero Et M. Adamo Friderico Kvehnero ... Favioribvs Atqve  
Amicis Svis Praestantiss. S. P. D. Iohannes David Wolf, Lign. Sil.**

Vratislaviae: Typis Grassianis, [1779?]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn881593044>

Druck Freier  Zugang






ÖBore,

Nsm. - 1351<sup>1-11.</sup>



- 1, Lingen, H. M., De origine et inventoribus pecuniae et numismatum. Senae 1715. 4.
- 2, Wagnscheid, Jo. Christoph., De re numismali veterum Romanorum. Altorf. 1723. 4.
- 3, Meier, Joach., De numis quaedam aureo Posthumi. Goolariae 1713. 4.
- 4, Specimen historico-numismaticum de Minerva a Domitiano superstitione culta. Ulmae 1802. 4. —
- 5, Kelle, M. C. Godof., Norvae numus auctorens, quos aiebat Barnabae epistola, seditionis spiritus. — Fribergae 1822. 4. —
- 6, Wolf, Jo. Dav., epistol. Diss. ad nuper reperta numismata imperat. Heraclii pertinentia quaedam exhibens. Vratislaviae 1749. 4. —
- 7, Kappier, Jo. Eberh., de certaminibus periodomicis s. potius periodicis in tribus numis Sidoniorum. 1742. 4. —
- 8, Walch, C. Frid., de numis capricorno signatis Romanorum. Senae 1750. 4.
- 9, Putgeroii, Jani, de orbe stagnis s. numis potius adulterinis s. reprobo Interiori. — Francof. 1699. 4. — (aut. Jo. Reiske.)
- 10, Eggelingü, Jo. Henr., absterlis Fellearum calammarum etc. Brenae 1689. 4.
- 11, Heafinger, Jo. Mich., explanatio numi saecularis urbis Romanae millefimo anno signati. — Senae 1744. 4. —



6,

EPISTOLICA DISSERTATIO

AD REM NUMISMATICAM IN PRIMIS

AD

NUMPER REPERTA NUMISMATA IMPERAT.

HERACLII

PERTINENTIA QVAEDAM EXHIBENS

QVA

VIRIS

PRAECELLENTISSIMIS AMPLISS. DOCTISS.

M. CAROLO LUDOVICO

BAVERO

ET

M. ADAMO FRIDERICO

KVEHNIO

SCHOLARVM HIRSCHBERG. AC SORAVIENS.

RECTORIBVS LONGE MERITISSIMIS

FACTORIBVS ATQVE AMICIS SVIS

PRAESTANTISS.

S. P. D.

IOHANNES DAVID WOLF,

LIGN. SIL.

VRATISLAVIAE, TYPIS GRASSIANIS.



CIVILIBET VESTRVM, Viri Clarissimi! notum omnino adhuc esse potest indicium, quod ad Nos, ex Bastia Corsicae Insulae primaria vrbe, allatum est: Quomodo in pede monticuli Corborio, prouinciae Bologna, aureorum Numorum haud paruus numerus, magnitudinis diuersae, sit detectus, quorum vetustas tempora Imperatoris Heraclii, Saeculo VII, regni Orientalis, attingit, et Sequentis Argumenti sunt:

*Avers.*

Imperatoris effigiem, cum epigraphe:  
Diuus Heraclius S. P. Aug.


*Revers.*

Crucem in basi collocatam, graecae, vt dicunt, formae,  
cum Inscr.

Victoria Augustorum.

*Exergue.*

“S O N O S.”



Si vnum quodque huius Argumenti signum, quamlibet litteram ac vocem comparemus, cum aliis, sub Heraclio, excusis numis; tunc eius modi interpretatio, in dubium certe vocanda est. Harduin loco infra citato *a)* litterarum modo D. N. mentionem infert, cum quo etiam Iacobus de Bie, *b)* pag. m. 171, Tab. 54 conferri potest, qui similem illius Imperatoris exhibet numum. Ex mente horum virorum, nec non Antonii Augustini *c)* l. c. p. m. 118 exponi solet: Dominus Noster, et, vt Harduinus putat, honorifi-

\* 2

- 
- a)* Harduini Opera selecta - Amstel. 1709. f. Specim. I. Num. Const. Saec. p. m. 424.  
*b)* Imp. Rom. Numismata aur. Berol. 1705, 4.  
*c)* Antiq. Rom, Hispanarumque in Numis vet. Dialog. - Antwerp, 1653. f.

norificam praefationem, siue salutationem indicat, quae gallico vocabulo Monseigneur, italico Monsignore, plane respondet. Hinc non perspicio, quum omnes, post Diocletianum, Numi habeant D. N. quare non etiam hi reperti, ita habere debeant? Propterea colligo: Interpretem nostrum, lineolam  $\tau$  N sinistram, separatim legisse, quamuis inficiari non possim, hanc vocem interdum inueniri, sed absque compendio scribendi, in numis Imp. Graec. Rom. que — vt ex Spanhemio *d)* Vaillant *e)* aliisque Collectionibus *f)* elucet. Heraclii Nomen plane exprimitur, quemadmodum effigies, ac superfluum esset, de Illo, multa differere, dum illius memoria, propter crucem Saluatoris nostri O. M. ab hostibus receptam, vindicatam post, ab hostili manu tunc Hierosolymam, in historia etiam ecclesiastica conseruetur, ac per annum ad annum, die XIV Septembris, Festum Exaltationis Crucis, Ao. 631. in ecclesia graeca constitutum, in hac atque romana hucusque celebratur. *g)*

Litterae S. P. nequaquam cum caeteris Num. conueniunt, in quibus legitur P. P. vt in Iustini II Constantini III *h)* etc. quod exponi solet communiter: Per Petrus Augustus, idemque est quod, Semper Aug. quae formula exinde, ab his Imp. Gr. ac Rom. ad Francorum Germanorumque Imp. translata, in Sigillis, nec non Documentis eorum inuenitur. *i)* Hoc modo omnis haec prima pars, s. Antica, legenda fit:

Domi-

*d)* De praest. et vsu Numism. antiq. Amstel, 1671. 4to -

*e)* In Num. Imp. Rom. aur. arg. ac aereis &c. Amstel. 1696, 4to.

*f)* V. c. Caroli, Ducis Croyiaci et Arschotani - Reg. et Imp. rom. Num. etc. Antwerp. 1654. f.

*g)* Baumgartens christl. Alterth. p. 310.

*h)* August. Dial. p. m. 118. Harduin l. c. 424. De Bie l. c. p. 168 - 171.

*i)* Becman Syntagm. Dignit. p. m. 96. Bilderbecks deutsch, Reichsstaat p. m. 60. Ioachims Diplomatic p. 120, 141.

Dominus Noster Heraclius Per Petrus  
Augustus.

Iam ad alteram s. Posticam accedo: Crucem repraesentantem graecam, à Constantini M. conuersi, temporibus, occurrentem crebrius in Num. Imp. Gr. cum sequentibus verbis:

Victoria Augustorum,

raro quidem expressis litteris omnibus, potiusue AVGG. interdum AVGGG, immo pluribus — quod Harduin, secundum canonem sibi ipsi fixum: „*Tot Augustos intelligi necesse esse, quoties littera G, in eo vocabulo ponitur*“ Victoria Duorum-Trium etc. Augustorum, interpretatur, alii vero interpretes, absque omni exceptione, de pluribus intelligunt et exponunt: Augustorum<sup>k)</sup> - in nostris praecipue Imp. Num. quamuis in quibusdam sine compendio scribendi occurrat, Augustorum et Augustarum — additis vocibus: Pax - Pietas - Securitas - Fortuna - Concordia etc. Augustorum - vel Augustarum.<sup>l)</sup> Nonnulli habent: Victoriae Aug.<sup>m)</sup> ergo vox Victoria, nequaquam potest habere respectum, ad Heraclii victoriam, contra regem Persarum, Cosroën - quemadmodum Anton. Augustinus, nec non Hemelarius, llcc. <sup>n)</sup> suspicantur — dum insuper in Iustini iunioris — Tiberii Constantini - Mauriti - Phocae aliorumque Imp. Orientis, ante et post Heraclium, legitur: Victoria Aug. atque Crux aequalis perspicitur. Auguror itaque, intellegendum potius termino generaliori, omnibus de Imperatoribus, sine exceptione

\* 3

k) August. Dial. p. 118. Iohannes Hemelarius in Comment. suo ad Iac. de Bie l. c. p. 171.

l) Spanh. l. c. 602. coll. Aenea Vico, in Augustarum Imaginibus p. m. 69, 108, 136, 147.

m) Vaillant l. c. p. m. 130, 146, 155. seq.

n) Dialog. p. 119, - apud De Bie l. c. 172.

ceptione, quibus verbis, bona vota et fausta quaeuis, o) eorum subditi, siue Civitates generatim, siue Mercatores speciatim (vt infra) per omnes regiminis annos, Iphis gratulati sunt, quo sensu additae voces—Fortuna-Pax-Securitas etc. accipiendae, quae in Numis quibusdam ciuitatum, nostri aeui Singularibus, verbi gratia; iubilaeis, coniugalibus, et ita porro, non minus apparent.

Reuenio nunc ad vltiores Segmenti litteras S O NOS quae nusquam ita; sed vbique C O NOB reperiuntur. Numerus eorum haud paruus est, et nullibi copiosior, atque ex instituto obuenit, diuersis cum explicationibus, quam apud Harduinum, qui de voce CONOP et COMOB in Num. antiq. p. 425 seq. commentatus est. Hasce litteras, vel singulatim à nonnullis, vel in duas voces, per scribendi abbreviationem, ab aliis dispertiri, ex iam citatis commentariis elucebit: ad quos vltimos, Ant. Augustinus numerandus est, hoc modo, vt CON. OB assumat, atque explicet: Constantinopoli obsignatum, quod ex simili numo aureo TR. OB. Treuiris obsignatum, commonstrauit, ac eorum interpretationem: Constantinopoli Obrizum—reiecit, quia in argenteis etiam reperitur: A partibus autem priorum est Harduinus, aspernans, reliquorum sententiam, existimantium, interpretari posse: *Constantinus ο βασιλευς*, aut si COMOB—Const. Mag. ο βασις proprioremque vero, et aptiorem esse, autumat:

Civitates Omnes Narbonenses OBtulerunt.

f. Ciuitatum Omnium Mercatores OBtulerunt.

Id quod ex copia Numorum, in Imp. ac Caesarum memoriam et honorem, huius Prouinciae ac ciuitatis, ob commercium et amplitudinem olim ditissimae p)-cutorum patet, quos

o) Videte Leyseri dissert: de Salute August. ex Numis - 1723. nec non meam: De votorum pro Salute Reipubl. nuncupat. religiosa-Wrat. 1760.

p) Videte Iodoci Sinceri Itinerarium Galliae p. m. 114. vbi, arae Oct. Aug. dicatae ab illis, ment. inf. coll. Aufonio de claris Urb. Carm. XII.


quos Harduinus, inter Num. antiq. Populorum et Urbium  
 q) recenset; Proinde splendor populi romani, iam a Cicero-  
 ne in Oratione, pro Fontejo, nuncupatur. Sed quid sibi  
 vult Littera S ab initio, et in fine? rectene lecta sit? Ex vobis  
 VIRI ERVDITISSIMI! nec non, in omni Antiquitatum genere  
 bene versati — audire valde aveo, atque gaudeo simul: hanc disqui-  
 sitionem, mihi praebuisse ansam, memori mente, gratiam VOBIS  
 meritam, pro VESTRA amicitia, persolvendi: VESTRVMQVE  
 mihi in posterum amorem haud infucatum illico expetiendi. Va-  
 lete cum VESTRIS VXORIBVS — mihi que favete. Dabam Vra-  
 tislaviae clōccLxxix.

q) pag. 112.










- 1, fol. 4. p. 88.
- 2, p. 104.
- 3, fol. 6. p. 36. 2. l.
4. p. 8.
5. p. 12.
6. p. 7.
7. p. VIII.
8. p. 20.
9. fol. 8.
10. fol. 2. p. 88.
- 11, fol. 11.



the scale towards document

Dominus Noster Heraclius Per Petrus  
Augustus.

alteram f. Posticam accedo: Crucem repraesentantem  
Constantini M. conuersi, temporibus, occurrentem  
Num. Imp. Gr. cum sequentibus verbis:

Victoria Augustorum,

expressis litteris omnibus, potiusue AVGG. inter-  
G, immo pluribus — quod Harduin, secundum cano-  
fixum: „*Tot Augustos intelligi necesse esse, quoties littera  
ulo ponitur*“ Victoria Duorum-Trium etc. Augustorum,  
alii vero interpretes, absque omni exceptione, de-  
lligunt et exponunt: Augustorum<sup>k</sup>) - in nostris prae-  
Num. quamuis in quibusdam sine compendio scribendi  
gustorum et Augustarum — additis vocibus: Pax - Pie-  
-Fortuna - Concordia etc. Augustorum - vel Augustan-  
nulli habent: Victoriae Aug. <sup>m</sup>) ergo vox Victoria,  
potest habere respectum, ad Heraclii victoriam, con-  
ferarum, Cosfröen - quemadmodum Anton. Augusti-  
n Hemelarius, llec. <sup>n</sup>) suspicantur — dum insuper sin-  
is — Tiberii Constantini - Mauritiü - Phocae aliorumque  
aris, ante et post Heraclium, legitur: Victoria Aug.  
aequalis perspicitur. Auguror itaque, intellegendum  
no generaliori, omnibus de Imperatoribus, sine ex-  
ceptione

Dial. p. 118. Iohannes Hemelarius in Comment. suo ad Iac. de  
p. 171.

c. 602. coll. Aenea Vico, in Augustarum Imaginibus p. m. 69, 108,  
17.

l. c. p. m. 130, 146, 155. seq.

p. 119, - apud De Bie l. c. 172.

